



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

CXII. Erectio Provinciæ S. Ladislai Regis in Sclavonia Ordinis Fratrum
Minorum de Observantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO
1661.

ALEXANDER SEPTIMUS.

149 ANNO
1661.

prædictas litteras die 10. Novembris 1657. emanatas circa eum carnium factas confirmantes, habita relatione de præmissis.

Confirmat
& declarat
prout in rub.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine tenore præsentium distinetè prohibemus, ne Abbatibus, & aliis quicunque dicti Cistercien. Ordinis communis Observantie Religiosi ejusmodi Apostolica dispensatione circa eum carnium utentes, super libertate vovis actiæ, & passivæ in electionibus Abbaris Cisterci Generalis, aliorumve quatuor præcipuorum Abbatum, Vicariorum Provincia- lium, Procuratoris Generalis Curia, & aliorum publicorum Officialium, in administratio- ne, & regimine Collegii Parisiensis communis Studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem observantiam cum usu talis dispensationis circa eum carnium, servatis servandis receptione, eorumque educatione, nec in omnimoda Jurisdictione, quæ ab initio ejusdem Ordinis ha- buerunt, & quibuslibet aliis Juribus, quæ ex vi Regulæ, & sapè dicti Ordinis Constitutionum Apostolica autoritate confirmatarum, illis & Capitulo Generali competunt ullaenatus pertur- bentur, prohibeantur, vel molestentur, prout non molestari, prohiberi, seu perturbari mandamus, & præcipimus, circumscripsit memoratis sententiis die 27. Julii 1634, & die 26. Augusti 1635, à præfato Apostolico Visitatore (ut dicitur) emanatis, nec non quorumlibet aliorum Judicium, qui circa præmissa quidquam fecus statuere, vel decernere tentaverunt, aut præsumplerunt, cum omnibus inde sequutis.

Decretum
irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabili inviolabilitatem observari. Sicque ita præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Caifarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraireis
derogat.

§. 4. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis, ejus Monasteriorum quorūvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora- tis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quōque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & suffi- ciente expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contra- riis quibuscumque.

Dat. P. A. 7.
die 2. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Minorem sub Anulo Piscatoris, die 2. Julii 1661. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXII.

Erectio Provinciae S. Ladislai Regis in Slavonia Ordinis Fratrum Minorum de Observantia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EX commissi Nobis divinitus Pastoralis Officii debito ad ea propensis studi jugiter inten- dimus, per quæ Religiosorum bonorum, qui reliquo seculo Dei obsequiis sese manciparunt, sta- tui & felici directioni consultur, ut secundum laudabilia Ordinum suorum instituta gratum Al-

tissimo impendentes famulatum prosperioribus in dies benedicente Domino proficiant incre- mentis.

§. 1. Alias si quidem pro parte dilecti filii Lucii à S. Justo tunc temporis Commissarii Generali Curia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis expo- sito quod antea postquam Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consulta- tionibus Episcoporum, & Regularium præposita Zagabriensem, Varasdensem, Ormudensem, Crisensem, Remeticensem, Luanensem, & Cra- pinensem Conventus Ordinis prædicti in Slavonia constitutos, necnon Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Zagrabiensium Monialium Ordinis S. Clara curæ primo dicti Ordinis subjectum in novam custodiad ad præscriptum Constitutionum Ordinis hujusmodi cum prærogativis, titulis, & præcedentiis consuetis erigi mandaverat dilectus pariter filius Paulus de Tauris Frater expre- fessus Provincia Austria dicti Ordinis vigore mandati sibi super hoc à dilecto etiam filio Sebastianio à Caieta Cismontanae familæ prædicti Ordinis Commissario Generali dati septem Conven- tus, & Monasterium hujusmodi prævia illorum separatione à Provincia Hungaria ejusdem Ordinis in novam custodiad sæpedicti Ordinis juxta dispositionem Decreti dictæ Congregationis super præmissis emanati exerat: Nos supplicationibus dicti Lucii nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinata erectionem supradictorum septem Conventuum, ac Monasterii in novam Cu- stodiad Ordinis præfati à memorato Paulo sicut præfert factam auctoritate Apostolica confir- mavimus, & approbavimus, & alias prout in no- stris in simili forma Brevis litteris, die 20. Junii 1656, defuper expeditis quarum tenorem præsen- tibus pro plenè, & sufficienter expresso haberem volumus uberioris continetur.

§. 2. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Custodiae præfatae Nobis nuper exponi fecerunt ipsi eandem Custodiad quæ, (ut afferunt, in novem Conventibus Fratrum) adjunctis scilicet ad su- pradicatos septem: Capronensi sub titulo S. Antonii Patavini; & Chraktornensi Conventibus sub titulo S. Nicolai Episcopi, necnon prædicto Mo- nialium Monasterio ad præfens constituti pro ma- jori illius decoro in novam dicti Ordinis Provin- ciac à Nobis erigi summoperè desiderent. Nos speciale ipmis exponentibus gratiam facere volen- tes, & eorum singulares personas à quibus ex- communicationis, suspensionis, & interdicti, aliis- que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat con- sequendum, harum serie absolventes, & absolu- las fore cententes, supplicationibus eorum no- mine Nobis super hoc humiliter porrectis incli- nati eandem Custodiad in novam memorati Ordinis Provincia cum omnibus & singulis prærogativis, præminentis, privilegiis, juri- bus, gratiis, & indultis quibus alia ejusdem Ordinis Provincia de jure, usu, & consuetudine, & alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, ac solent, & debent auctoritate prædicta tenore præsentium sine coijsquam præjudicio perpetuo erigimus, & instituimus.

Erigit prout
in Rub.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras sem- per firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spe&tabili plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam caifarum Palati Apostolici Auditores judi- cari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum
irritans.

1661.
Contaritis
derogat.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti Ordinis, & a'is quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 7.
die 16. Julii.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Julii 1661. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXIII.

Concedit undecim Congregationibus Monasticis ut capiant ad censum, aut alio licito contractu quadraginta millia scuta monetae pro prima solutione sex decimaram.

Vide ad Constit. 190. Cum Divina, supra, que est Inditio sex Decimaram.

Edita An. D.
1661.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motivahu-
jus conf.

Nuper ut nomini Christiano contra impios Turcarum Tyranni conatus, & invasiones opem ferremus, sex decimas fructuum, redditum, & proventuum quorūcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ac mensarum etiam quorūvis Ordinum, Congregationum, & Instituto Regularium, nec non pensionum super illis refervarum ab illis ad quos spectat intra decennium decem æqualibus portionibus nisi alter cum Sede, & Camera Apostolica concordatum foret, per solvendas, ac alias sub certis modo, & formata expressis imposuimus, prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis quorum tenore presentibus pro plenè, & sufficienter expresso haberi volumus uberioris continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii infra scriptarum undecim Congregationum Procuratores Generales Nobis subinde exponi fecerint ipsi nomine eamdem Congregationum cum Camera prædicta super solutione sex decimaram hujusmodi, mediante summa quadraginta millium scutorum monetae eidem Camera intra totum currentem Annum 1661. præstanta concordaverint, neceis suppetat modus congerendi summam hujusmodi, nisi illam ad censum, aut alio licito contractu capiant: Nos speciale eisdem Procuratoribus Generalibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & peccatis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes.

§. 2. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, Congregationibus prædictis Catinensis nimirum, & Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, Lateranensis Canonorum Regularium sub Regula S. Augustini, Carthusianorum, Camaldulensium, Celestinorum, S. Salvatoris Bononiensem, etiam Canonorum Regularium, Vallis Umbrosæ, & S. Georgii in Alga pariter Canonorum Regularium, Cisterciensiumque Lombardie, & S. Hieronymi, earumque Procuratoribus Generalibus quamvis ad hoc speciale mandatum non habeant, vel eorum substitutis, ut cum inter-

ventu dilecti filii nostri, & Camerae Apostolicae Thesaurarii Generalis, etiam absque scientia, participatione, mandato speciali, vel generali, aut consensu Abbatum, & Priorum Generalium, seu aliorum quorūcumque Superiorum, & Officium quocumque nomine nuncupatorum earundem Congregationum, imò ipsis invit, & reclamantibus summam quadraginta millium scutorum hujusmodi, pro rata singulas Congregations tangentे à quibuscumque perlonis, seu Mercatoribus eorum fidem sequi volentibus, & meliorem conditionem offerentibus ad censum perpetuum redditibilem, servata tamen forma Constitutionis fel. recor. Pii Papæ V. prædecessoris nostri super creandis censibus editæ, seu alio quovis licito, & Sacris Canonibus non improbatō contractu, accipere, illamque penes Depositarium nostrum Generalem seorsum ab aliis nostris pecuniis deponere; ita ut inde amoveri, nec in aliis quam supradictos usus converti valeant, ac Taxam aliquam inter se pro cuiusque ipsarum facultate reddituum annuorum pro solvenda quadraginta millium scutorum hujusmodi summa constitueri, aut alias ratam partem reddituum prout cujuslibet ex Congregationibus prædictis minus incommodum, damnosum esse, ac magis expedire judicaverit assignare, dictamque ratam Monti Novennali, aut Religionum applicare quæ sufficiat pro dicta summa quadraginta millium scutorum congerenda, factaque taxa hujusmodi eandem Monti Novennali, aut Religionum prædicto ultra alias taxas quas singula Congregations haec tenus solverunt, & solvere obligatae sunt, assignare, applicare, & incorporare, ac super taxa, seu rata sic facienda, assignanda, incorporanda tortidem loca prædicto Monti cedere, quot pro summa prædicta quadraginta millium scutorum congerenda necessaria erunt, nec non eisdem omnibus Procuratoribus generalibus, seu eorum Substitutis, postquam taxa hujusmodi facta fuerit, tam pro emptoris, seu emptorum Censuum prædictorum, seu eorum qui pro congerenda summa quadraginta millium scutorum hujusmodi aliquam pecuniarum summam eisdem Procuratoribus, seu eorum substitutis, & eorum cuiilibet, ut prefertur, dederint, vel alias erogaverint, seu pro eisdem Procuratoribus, aut eorum substitutis in quibuscumque cedulis banchariis, cambiis, obligationibus, contractibus, & quibusvis pecuniarum hujusmodi receptionibus fidejussint, & intervenerint, securitate, elevatione, & indemnitate quam super taxa inter ipsas Congregations pro rata quamlibet suarum Congregationum respectivè tangentे nominatim dictas Congregations unusquisque Procurator Generalis, seu ejus substitutus, videlicet suam etiam ab ea speciale, aut generale mandatum in Capitulo Generali, aut alias juxta Constitutiones ipsarum Congregationum factum non habeat, omniaque, & singula earundem Congregationum bona mobilia, & immobilia ubilibet existentia praesentia, & futura principaliter, & insolidum ipsarum Congregationum nominibus omni meliori modo, ac in ampliori forma Camerae Apostolicae obligare, & specialiter hypothecare, necnon super præmissis, & illorum quilibet, & eorundem præmissorum, & cujuslibet ipsorum occasione quacumque instrumenta cum quibusvis submissionibus, renunciacionibus, fidejussionibus, promissionibus, juramentis, cautionibus, conditionibus, cautelis, detretis, & clausulis solitis, & consuetis, ac alias necessariis, & opportunis, dicto Thesaurario, ac partibus ipsis bene visis celebrare, aliaque pro personarum, & Mercatorum, ac etiam pro majori Montis prædicti, illiusque Collegii, & omnium qui suas pecunias in eodem Monte collocaverint, securitate, ac alias super his necessaria, & quomodolibet opportuna etiam sitalia forent quæ specificam, individuam, & expressam requirerent mentionem facere, & execui.

§. 3. Ac